



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice**

**Biesmann, Caspar**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Caput V. Penes quos sit dominium bonorum immobilium Ecclesiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42013**



gruenter suo statui honestè alendam. Secundo, quæ spectant ad debitam hospitalitatem erga consanguineos, amicos, propinquos. Tertio quæ ad honestam, & statui competentem animi & corporis recreationem. Quarto quæ aut gratitudo exigit, aut statui congrua liberalitas permittit, ut sunt donationes pro acceptis ab aliis beneficiis, vel etiã interdum non remuneratoriæ, sed meræ liberales, non tamen prodigæ. Quæ omnia accipienda sunt cum proportione ad dignitatem personæ & officii: Item majora ipsius personæ merita in Ecclesiam, plus enim permittitur Episcopo, quàm Decano, plus huic, quàm simplici Canonico, &c. *Vid. Laym. l. c.*

## CAPUT V.

*Penes quos sit dominium bonorum immobilium Ecclesie.*

**N**emo in particulari est dominus bonorum immobilium Ecclesie, ut agrorum, villarum, &c. Item sacre suppellectilis, aut quorumcunque mobilium pretiosorum, quæ servando servari possunt, hoc est, quæ diu servata corrumpi non solent, ut sunt statuae aureæ, argenteæ,



rea, gemmæ, &c. Sed horum do-  
minium est penes Capitulum sive  
Cætum Ecclesiasticorum cujusque  
Ecclesiæ; cã tamen ratione limi-  
tatum, ut primo penes summum  
caput Ecclesiæ, sit horum bonorum  
suprema administratio. Secundò, ut  
si adsit necessitas, aut magna utili-  
tas Ecclesiæ, valeat Pontifex ea ad  
alios usus, imò ad alias Dioceses  
transferre; hoc tamen citra justam  
causam fieri nequit. Nam Pontifex  
non habet dominium, sed, ut dixi,  
solam administrationem. Tertiò ut  
Capitulum sive quicumque Cætus  
Ecclesiasticus nequeat prædicta  
bona alienare, vel pro arbitrio ex-  
tinguere, idque partim ex decreto  
Ecclesiæ, partim ex voluntate fun-  
datorum, qui ea voluerunt esse in  
perpetuum divino cultui dicata.  
Porro nomine alienationis intel-  
ligitur non solum venditio, per-  
mutatio, donatio, aut alius qui-  
cunque contractus, quo vel direc-  
tum rei dominium, vel indirectum  
sive utile in alium transfertur, ut  
fit in feudo, emphyteusi, elocatio-  
ne, &c. Imò ob periculum futuri  
aliquando alienationis, censetur  
alienare, qui ejusmodi bona dat in  
pignus aut hypothecam specialem,

**Dominium**  
bonorum  
immobi-  
lium est pe-  
nes Capitu-  
lum, hoc ta-  
men modo  
limitatum.  
ut 1. supre-  
ma admini-  
stratio horum  
bonorum  
sit penes  
Pontificem.  
2. ut acce-  
dente ne-  
cessitate aut  
magnâ Ec-  
clesiæ utili-  
tate possit  
Pontifex ea  
ad alios usus  
transferre.  
3. ut Capi-  
tulum ne-  
queat ea  
bona alie-  
nare, aut  
pro arbitrio  
extinguere.  
Explicatur,  
quid nomi-  
ne alienati-  
onis hic in-  
telligatur.

**NON**

alen-  
ad de-  
nsan-  
Ter-  
statui  
poris  
grati-  
ua li-  
natio-  
ficiis,  
toriz,  
i pro-  
a sunt  
n per-  
ipius  
, plus  
quàm  
mplici  
  
—  
  
borum  
  
domi-  
bilium  
m, &c.  
t quo-  
forū,  
t, hoc  
i non  
rgen-  
ter,



non item generalem. Quia per generalem hypothecam, quâ omnia bona in hypothecam sive pignus dantur, non adest tam propinquum periculum alienandi, quàm per specialem.

## C A P U T VI.

*Assignantur necessario requisita, ut prædicta bona Ecclesia alienari possint.*

Quatuor sunt causæ justæ, ob quas fieri potest alienatio.

Debet in ea exhiberi certa sollemnitas, & qualis.

**U**T alienatio prædictorum bonorum Ecclesiæ fiat licitè, & validè requiritur primò causa justa, quarum quatuor assignantur. Necessitas Ecclesiæ, ut si aliter Ecclesiæ debitis satisfieri nequeat: majore jusdè utilitas, ut si res alia Ecclesiæ utilior eo modo acquiratur. Pietas, si redimendi sunt innocentes captivi, vel pauperes in alia gravi necessitate sublevandi. Incommoditas, si res alienanda majorem incommoditatem, quàm commoditatem afferat. Secundò requiritur certa sollemnitas, quæ in his consistit, ut præcedat tractatus cum Capitulo, hoc est, detur examinandum Capitulo, utrum expediat rem alienari: adhuc ut accedat consensus Capituli, hoc est, major pars Capitularium